



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 11. Quanti homines pij terram sanctam fecerint, Christi contactu  
benedictam?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

gratiam, ad cælestis hæredij jus sunt re-  
uocatæ.

## §. XI.

Quanti homines p̄i terram sanctam fecerint,  
Christi contactu benedictam?

Hinc tanti terra illa, à pijs Christianis,  
semper est æstimata, vt ad eam visendam  
venerandāmque, ex toto terrarum orbe,  
proficiscerentur. Si enim Marathonius'  
campus, ob taurum à Theseo ibi supera-  
tum, aut ob Miltiadis victoriam gloriām-  
que frequenti spectantium cōcursū est ce-  
lebratus; cur non eò confluant mortales,  
vbi cælum, cū Orco; Deus cum diabolo  
confixit, & totius generis humani capita-  
lem hostem profigauit? Immò tanta fuit  
antiquorum Christianorum, erga eam ter-  
ram, in qua Christus est cōuersatus, passus,  
& sepultus, pietas, vt eam magnis templo-  
rum ædificiorūmque molibus illustrarint;  
& vel tenuem puluisculum inde sumptum,  
magno honore, domum reportarint. Nec  
magno honore tantū, sed etiam magno  
emolumento. Quippe & corporibus sanan-  
dis, & locis spectro infestis, Furiāque A-  
iernali liberandis is puluis profuit. Siqui-  
dem ex illa terra, aqua admixta, forman-

Cic. 4;  
Tuscul.  
Strabo.  
lib. 9.

consueuisse tortulas quasdā, easdémque,  
per diuersas mundi partes, transmirti so-  
litas, ad morbos curandos, aliásque diui-  
nas gratias impartiendas, testatur D. Gre- S. Greg.  
Turon.de  
glor.  
mart. c. 7.  
gorius Turonensis. Terram certè sepul-  
chro Domini propinquam, è Christi corpo-  
re ibi collocato, eam virtutem hausisse  
constat, vt eam peregrini cupidissimè, ad  
morborum curationes, fugationésque dæ-  
monum, inde solerent auferre. Magnus &  
locuples testis id confirmat D. Augustinus, S. Augu-  
stin. li. 22.  
de civit.  
Dei. c. 8.  
ita de Hesperio viro tribunitio loquens:  
Acceperat autem ab amico suo terram san-  
ctam de Hierosolymis allatam, ubi sepultus  
Christus, die tertio, resurrexit; eamq; suspen-  
derat, in cubiculo suo, ne quid mali etiam ipse  
pateretur. At ubi domus eius ab illa infesta-  
tione purgata est, quid de illa terra fieret, cogi-  
tabat, quam diutius in cubiculo suo, reverentia  
caussa, habere nolebat. Fortè accidit, ut ego, &  
collega meus Episcopus Sinicensis Ecclesia Ma-  
ximinus in proximo essemus; ut veniremus, ro-  
ganuit, & venimus; cumq; nobis omnia retulif-  
set, etiam hoc petivit, ut infoderetur alicubi,  
atq; ibi orationum locus fieret, ubi etiam pos-  
sent Christiani, ad celebranda, quæ Dei sunt,  
congregari. Vide, mi Lector, an non terra

Eg illa

illa verè sancta, vereq; sit benedicta? quare  
diuina bonitas, non inquelinis dedit dan-  
taxat, sed etiam largita est peregrinis.

## §.. XII.

*Terram benedictam, non solum Christi  
eriam Matris eius figuram extitisse.*

Quemadmodum etiam aliam terram  
benedictam, cuius illa pariter figura fuit:  
nempe illam, cui dictum est: *Benedicta tu  
in mulieribus*; itemque: *Benedicta tu inter  
mulieres, & benedictus fructus vetricis tui. Nulla  
vnquam terra fuit fertilior, quam quae  
protulit, de radice Iesse, IESVM Nazarenum,  
floridum illum, & florem omnipotentem  
florem sidera, mundique regna omnia o-*

*dore suo recreantem: & plenitudo a fru-  
etibus illius. Quippe cum & in escam sit, &*

*in medicinam. Qua de caussa, Medicina  
inquit Cæsarius, B. Virginis nihil est effica-  
cious, nihil est salubrius. Nec mirum, ipsa me-  
dicum genuit, ipsa medicinam generis humani*

*ex se produxit. Vnde scriptum est: Gerimur  
terra herbam virentem, secundum genus suum;  
id est, Maria Christum hominem, qui animatus  
corpus sumens, de Virgine nasci dignatus e-*

*Ecli. 38. Item expressus in Ecclesiastico; Altissimus  
terra creavit medicinam, id est, ex carne Ve-*

*Luc. I. 28. in mulieribus; & v. 42. mulieres, & benedictus fructus vetricis tui. Nulla*

*vnquam terra fuit fertilior, quam quae  
protulit, de radice Iesse, IESVM Nazarenum,  
floridum illum, & florem omnipotentem  
florem sidera, mundique regna omnia o-*

*dore suo recreantem: & plenitudo a fru-  
etibus illius. Quippe cum & in escam sit, &*

*in medicinam. Qua de caussa, Medicina  
inquit Cæsarius, B. Virginis nihil est effica-  
cious, nihil est salubrius. Nec mirum, ipsa me-  
dicum genuit, ipsa medicinam generis humani*

*ex se produxit. Vnde scriptum est: Gerimur  
terra herbam virentem, secundum genus suum;  
id est, Maria Christum hominem, qui animatus  
corpus sumens, de Virgine nasci dignatus e-*

*Ecli. 38. Item expressus in Ecclesiastico; Altissimus  
terra creavit medicinam, id est, ex carne Ve-*